Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 5.
AUTOGRAFY BIBLIOTEKI ZAKŁADU NARODOWEGO IM. OSSOLIŃSKICH

1171. Ossoliñski Józef M. Poręczenie majątkowe 1785.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

BRAKUJĄCE NUMERY AUTOGRAFÓW ZOSTAŁY PRZENIESIONE DO INNYCH ZBIORÓW LUB ZAGINEŁY

2 FR.
8 F. R.

~~1170~~
1171

Illustrissimus Josephus Maximilianus Comes de Tęczyn Ossolinski, Bonorum Przybysz, Stary Dwor, Jarny, Izbizske, Pien in Palatinatu Sendomiriensi, Circulo Tarnoviensi iacentium, et Consistentium Hæres; in præsentia Testium ad Actum præsentem impetratorum, Suo et Successorum Suorum Nomine, pro Quorum Ratihabitione cavet et se præsentibus in forma Iuris quam plenissima inscribit, Agens; Sanus Mente et Corpore existens, Recognovit. Quia Ipse Illustrissimæ Theresiæ de Comitibus Jablonowskie, Illustrissima Catharina de Comitibus Ossolinskie, cum olim Illustrissimo Rocho Michaele Comite Jablonowski procreatæ Filiæ, Consorti Suæ, et Illius Successoribus tenetur; Seque de Bonis suis suprascriptis, generaliter omnibus, mobilibus, et Immobilibus, hæreditariis, Paternis, Maternis, Quæsitis, Obligatoriis, devolutis, et alio quovis Modo, et jure sibi Servientibus; et præcipue Super Bonis præfatis Przybysz, Starydwor, Jarny, Izbizka, Pien, nunc habitis, Summisque quibusvis ubicunque hærentibus, Cum Suis Successoribus teneri ac debere inscribit, et obligat, Summam Decem Millium Florenorum Polonicalium, modo veri Iusti Simplicisque debiti; ad primam Ejusdem Illustrissimæ Consortis Suæ, sive Ejus Successorum requisitionem, Solvere, reddere, et enumerare; idque sub Vadio Similis Summæ. Præsentemque Inscriptionem debitoream intabulari Permittendo, ob firmius Robur, una cum Impetratis Testibus, circa appositionem Sigilli genuini, Manu propria subscribit; Præcavendo quod præsens Impetratorum Testium subscriptio, nihil Eis, Eorumque Successoribus nocere potest. Datum in Wisniowa, Die Vigesima Prima Mensis Septembris, Anno Domini Millesimo, Septingentesimo, Octuagesimo, Quinto.

Josephus Maximilianus Comes de Tenczyn
Ossolinski

Præsens huic Actui
attestor
Michael Comes de Tenczyn Ossolenski

Præsentem transactionem subscriptione manu
mea cum impositione sigilli gentilitii attestor
Andreas Comes Wieskotowski

Intabuletur. Decret: in Consto Cæs. Regii Fori Nobilium die 8va Maii 1786to anno

Ambros Mozdowicky

Præsens documentum apud C. R. Tabulas in lib. N. Obl: T. 14. pag. 194. ingrossatum, et in lib. Hær: T. 47. pag. 403. n 3. in rubrica Onerum prænotatum est. Leopoli die 28 Martii 1786.

Jos Kutzky
Ingross.

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.